restituimus. Ceterum venerabilis archiepiscopus Arnoldus[r] secundus sancte Coloniensis ecclesię, ad quam proprietas fundi illius pertinere dinoscitur, et[r] auctoritate beati Petri et Eugenii secundi sacrosancte Romanę ecclesię pontificis et suo banno tam celebre factum nostrum confirmavit tam in nostra quam aliorum principum presentia. Et ut nullus in posterum prefatam ecclesiam inquietare aut sollicitare[s] presumat, presentem karacterem[t] super eo conscribi et sigilli nostri inpressione[u] signari precepimus. Testes aderant: Arnoldus[v] sancte Coloniensis ecclesię archiepiscopus secundus, Walterus prepositus domus beati Petri in Colonia, Gerardus[w] Bunnensis prepositus, Teipoldus Xantensis prepositus, Adalbertus[x] decanus domus beati Petri in Colonia, Marquardus abbas Uuldensis, Henricus[b] abbas Hersueldensis[y], Nicolaus[z] abbas Sibergensis, Henricus[a'] dux Saxonię, Adalbertus[x] marchio, Welpho dux, Henricus[a'] dux de Limborch[b'], Vdelricus[c'] comes de Linceborch, Tidericus[d'] comes de Are, Henricus[a'] comes Namucensis, Willelmus[e'] et frater de Iuliaco Gerardus[w], Adolfus de Saphenberch[f'] et filius eius Hermannus, Adolfus[g'] de Monte, Lůdewicus[h'] comes de Los, Rotbertus comes de Lurenborch[i'], Euerardus[k'] et frater eius de Seyna, comes de Dyedesa, Sifridus comes de Witha[l'] et frater eiusdem Burkardus de Witha[l'], Arnoldus et Gerardus[w] de Blankenhem, Hermannus de Kuch[m'], Fredericus[n'] de Arensberch, Remboldus de Isenburch[o'], Hartbernus de Bocstella[p'].

Signum domni Frederici[n'] Romanorum regis invictissimi.

Ego Arnoldus cancellarius vice Maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Data Colonię per manum Arnoldi[v] cancellarii XII[q'] kal. maii, anno dominicę incarnationis MCLII, indictione XV, regnante domno Frederico[n'] Romanorum rege glorioso, anno vero regni eius primo; feliciter.

7.

Friedrich bestätigt den Klöstern Liesborn und St. Maria in Überwasser zu Münster ihre im königlichen Gebiet um Remagen gelegenen Güter.

1152 (Ende April), Soest.

Diplomatarium Liesbornense, angelegt 1777 von P. Placidus Chur, p. 14 im Staatsarchiv zu Münster (D).

Kindlinger, Gesch. v. Volmestein 2, 16 n° 4 B aus D. — Wilmans-Philippi, Kaiserurk. d. Prov. Westfalen 2, 313 n° 229 aus D. — Simonsfeld, Jahrbücher 1, 72. — Böhmer Reg. 2303. — Erhard, Reg. Westf. 1777. — Goerz, Mittelrhein. Reg. 2, n° 5. — Stumpf Reg. 3622.

D schöpfte nicht aus dem bereits damals nicht mehr vorhandenen Original, sondern aus einer unbekannten Abschrift im Liesborner Archivbestand. — Wiederholung des

6. r) *b, fehlt C* s) solicitare *b* t) *b*, karecterem *C* u) impressione *b* v) *b*, o *sofort aus* u *verb. C* w) *b*, Gerhardus *C* x) *b*, Adelbertus *C* y) Hersfeldensis *b* z) *b*, Nicholaus *C* a') *b*, Heinricus *C* b') *b*, Lymborch *C* c') Vdallricus *b* d') Tiedericus *b* e') *b*, Wilhelmus *C* f') Saphenberg *b* g') *b*, Adolphus *C* h') Ludewicus *b* i') *b*, Lůrenborc *C* k') *b*, Euerhardus *C* l') Widha *b* m') Buch *b* n') Fridericus (Friderici, Friderico) *b* o') *b*, Ysenborch *C* p') Botscella *b* q') *b*, XII[mo] *C*.

DK. III. 249. Die konsequent angewendete Namensform Frethericus, *das Fehlen des Wortes* recognovi *und die archaische Bezeichnung* archicapellanus *(vgl. DD. 150 und 202) in der Rekognition machen es wahrscheinlich, daß die Mundierung außerhalb der Kanzlei erfolgte. Da sich der König am 20. April in Köln (D. 6) und am 8. Mai bereits in Goslar (D. 9) aufhielt, dürfte er gegen Ende April in Soest geweilt haben.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Frethericus divina favente clementia Romanorum rex augustus. Quotiens religiosorum virorum in suis oportunitatibus preces exaudimus, non tantum illis, sed et nostre saluti feliciter consulimus. Respectu ergo divine misericordie et, quia nostra interest tranquillitati ecclesiarum semper studere, imitantes etiam predecessoris nostri Conradi regis augusti benivolentiam ecclesie sanctorum Cosme et Damiani in Lisborn[a] et monachis inibi deo servientibus et sororibus in ecclesia sancte Marie in Monasterio sub regulari districtione degentibus in prediis suis, que in territorio nostro Reumacensi videlicet in Lorstorp et Gimersheim et in Grien modo conquisierunt vel posthac iuste conquirere poterunt *, securitatem et pacem perpetuam dedimus ac nostra auctoritate sub banno regali per presentes et futuras generationes sanximus, ut, ubi nominatur et est specialiter regia potestas, ibi pauperes Christi, de quibus predictum est, specialiter nostram experiantur clementiam et nullam paciantur oppressionem vel molestiam vel iniuriam. Ut autem * nostre tuicionis presidium stabile et ratum omni tempore permaneat, hanc paginam sigilli nostri inpressione signari precepimus. Huius confirmationis privilegii testes sunt: Arnoldus Coloniensis ecclesie venerabilis episcopus II^us^, Olricus Sosatiensis prepositus, Albertus, Heinricus; principes marchio Albertus, Albertus comes de Ormenech[b], Heinricus comes de Arnesberg; liberi Theodericus de Hachene, Rathardus de Ruderberge[c], Walterus advocatus Sosaciensis[d], Ionatas de Volmunstene, Philippus de Tremonia; ministeriales Heremannus advocatus de Colonia, Henricus de Volmunstene, Adolfus de Gorzenich, Amalricus de Vurmestorp, Thimo et Marsilius de Sosat, Godescalcus de Patherburne et alii multi.

Signum domini Fretherici Romanorum regis augusti. (M.) (S. sp.)

Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Mogontini archiepiscopi et archicapellani[e].

Data Sosatie anno dominice incarnationis MCLII, indictione XV, regnante domino Fretherico Romanorum rege augusto, anno regni eius primo; actum in Christo feliciter amen.

8.

Friedrich bestätigt auf Veranlassung des Klosters S. Remi zu Reims die Rechte des Reiches an dem diesem Kloster gehörenden Hof Meerssen, um die Streitigkeiten mit dem Vogt Goswin von Heinsberg beizulegen.

1152 (Ende April — Anfang Mai), Paderborn.

Original im Reichsarchiv zu Maastricht (A).

Marlot, Metrop. Remensis 1, 344. — Miraeus, Not. eccl. Belg. 402 = Miraeus-Foppens, Opera 1, 537 aus A. — Varin, Archives admin. de Reims 1^a^, 324 n° 109. —

7. a) *VU.*, Lisbn *mit Kürzungshaken an* b b) *D statt* Noruenech c) *D statt* Ruthardus de Rudenberge d) c *aus* t *verb.* e) *ergänze* recognovi.